

acceperunt, scriptis easdem ergo consignarunt, & Ecclesia reli-
querunt, sicq; eorum dicta hic citantur. Primum ex Ocl. i. i.
non per contradictionem, ut Julianus & Apostata blasphemavit,
nec per nudam allusionem, quasi Propheta id plane non intendis-
set; quomodo enim dictum propheta impletum tunc fuisset, si pla-
ne nihil de eo dixisset: sed typicè & analogicè hoc pacto, ut verba
prophetica ex parte typum Israelis & quod in membris pera-
ctum, ex parte vero antitypum Christum & quod in capite pera-
gendum respiciat, quo & peracto demum, perfectum complemen-
tum hac prophetia accepit. Secundum ex Hierem c. 31. 35.
itidem de perfecta impletione intelligendum, cum pars illius va-
ticipij impleta sit, quando Rahel liberos suos ab Assyrijs & Ba-
bylonijs interfecto sdeploravit; pars verò altera ejusdem vatici-
nij, quam itidem Spiritus Sanctus & potissimum intendit, in hoc
infanticidio implenda fuerit.

XX. Tertium unde petitum sit anxie à multis disquiri-
tur: nos nec ex scripto prophetico amisso, nec ex traditione non
scripta; cum utrumq; asserere periculosum sit, desumptum putamus.
Nec verò ad generalem tantum Scripturae consensum, (propter
pluralem prophetarum appellationem, alibi quoq; per Enallagen
positam Joh. 6. 45. Act. 13. 49, 15. 15.) provocamus, cum illud,
quod in specie nullibi dicitur, ubi generaliter inveniendum
sit, ego nesciam. Sed ex Es. 11. 1. desumptum statuimus, ubi Pro-
pheta disertè Messiam משיח nomine Evangelista teste, ex irbe e-
ducationis desumendo, appellat; & simile hinc per convenientis-
simam nominis à fruticibus desumit. Vbi non negarim propter
similitudinem vocum משיח & משיח Mathæum quoque Nazara-
reos respexisse, per Paranomastiam Spiritui San-
cto admodum frequentem.

JAM QUO AD SALUTEM SOLA SCRIP- TURÆ VOCE.

XXI. In ultimis diebus istis, locutus est nobis in fi-
lio